



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

26. Junij. 6. Cal. Julij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

peculiari scribere dignatus est: ubi inter alia his te verbis salutatur: *Magnificer, inquit, anima tua Dominum, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo, quia viderunt oculi tui salutare tuum, quod paravimus ante faciem omnium populorum. &c.* Ita DEO, Angelis, & hominibus grata & venerabilis, in supremo ætatis ac meritorum gradu, vitam mortalem continua per extremos dies meditatione Passionis Dominicæ piè clausisti. *Æternæ salutis curam abjecit, qui non sub eadem cogitatione spiritum esse beatum desiderat. Ut ego mortem tuam non dissimilem obtineam, doce me jam illud unicum salutis remedium ea pietate versare in animo, cui tu fuisti immortalis.*

S. BERNARDUS, ser. 62. in Cant.

Quid enim tam efficax ad curanda ^{Vuln-} conscientiæ vulnera, nec non ad pur- ^{ra} gandam mentis aciem, quàm Chri- ^{Christi} sti ^{medici-} Vulnerum sedula meditatio? ^{na.}



26. Junij. 6. Cal. Julij.

B. HUGO, Hemmenrodensis mona- ^{Circa a.} che, doctrinâ & pietate celebris: qui ^{1210.} cum sancti Davidis, monachi itidem
X Hemmen-

Hemmenrodensis vitam stylo, & studiosa imitatione laudabiliter expressisses, ad ejusdem quoque sancti felicitatem æternam assumptus es. *Laudabile studium est, legere sanctorum vitas: sed si desit imitatio, cibus est, quem quis tantum aspicit, non comedit, parum nempe impinguandus.*

Mona- B. BARTHOLOMÆE, Laudunensis Episcopi: qui cum totos ferme *chum* quadraginta annos, magno labore, parique fructu, Ecclesiam tuam rexisses *induit* vitæ reliquum tuæ solius curæ impensurus, in Fusniacensi cœnobio Institutum Cisterciense amplexus es: ubi sanctimonia tua in ipso statim probationis anno per revelationes cœlestes eluxit: è quibus illa sæpius occurrit de ijs, qui tardiùs ad communem orationem accedebant: hos enim à maligno, sub mauri specie, retrahi videbas *anno* Merito *1150.*

Demon- nem *videt.* me terreat, atque ad majorem in opere divino diligentiam excitet tam turpis pedisequus: qui licet se non semper exhibeat in spectabili larva, procul dubio tamen pigris se ducem impigrumq; comitem jungit.

Diligētia in opere DEI.

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. [Fac. 4.] Iste est, qui stantes in paradiso impulit, & evertit; sed consentientes,

sentientes, non resistentes. Iste est, qui seipsum de cælo superbus, nullo impellente, præcipitavit: ut scias, multo magis hominem suiipsius casui imminere, quem propriæ substantiæ pondus gravat.

Casum
fibi de-
bet pec-
cator.



27. Junij. 5. Cal. Julij.

B. RODOLPHE: qui ex monasterio Berdonensi cum fratrum cohorte ad locum, Cantavos dictum, emissus, fideles tuâ sanctimoniâ ad multam liberalitatem provocasti: quorum auxilio insigne ibidem cœnobium condidisti; ac prudentissimo regimine dignis tam ædificijs, quàm inquilinis auxilijs, *Castella validissima sunt in medijs mundi turbis ad quietem & salutem animarum erecta. Felix, qui se in tranquillitatem continet, infelix, qui sese in interitum sponte præcipitat.*

Floruit
anno
1150.

Securi-
tas vitæ
religio-
sæ.

B. DANIEL: qui officio Prioris in Valle S. Petri tanta sanctimoniæ laude perfunctus es, ut postmodum tuæ merita ad Abbatialem dignitatem Schonaugiensensis monasterij evexerint. Ubi omnibus virtutibus pastore dignis

Floruit
anno
1203.